



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Monumenta Paderbornensia**

**Ferdinand <Paderborn, Bischof, II.>**

**Lemgoviae, 1714**

Stemma Baronum Furstenbergiorum ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-8040**

# S T E M M A

## B A R O N U M

### FURSTENBERGIORUM

In Waterlapp, Fürstenberg, Snellenberg, Herdringen,  
Adolfsburg, Horst, Boke, Hüsten, Brockhausen, Waldenburg,  
Hengsbeck & Langeney, Satraparum hæreditariorum  
in Bilstein, Waldenburg & Fredeburg, Advocatorum  
itidem hæreditariorum in Graffschafft & Ewig,  
Dynaftarum in Oberenkirchen.

*Ex originibus Furstenbergicis, Joannis Velde è Soc. JESU,  
tabulis genealogicis Ditmari Molleris Tremoniensis, Joannis  
à Berswordt nomenclatore nobilitatis Westphalicæ,  
& antiquis literarum monumentis deductum.*

Fridericus nobilis Dominus in Furstenberg, Reinhardi, qui Hermanni Comitis Arensbergenfis è forore nepos An. 1115. iv. Id. Februari. commisso à Saoxnibus ad silvam Wolphonis prælio interfuit, filius, in bello Saxonico Henrici Leonis Anno 1180. ex auctorati Saxoniæ Ducis partes adversus Philippum Archiepiscopum Colonensem secutus, navatae operæ præmium tulit, Fürstenbergæ excidium, & avitorum jurium maximam imminutio nem. Quare Fürstenbergæ vastatæ proximam Waterlappiam, inter Welle & Nehem oppida sitam, cum suburbio, fossis, & munitionibus, quas superiori sæculo diruit Truchsesianus furor, ædificavit. Uxorem habuisse legitur Adelheidam de Ardeia, Everhardi nobilis Domini de Ardeia fororem.

Hermannus Furstenbergius S. Engelberti beneficio instauratam An. 1219. Furstenbergam recuperavit, & defendit adversus nobilem virum Gerhardum de Brubach, S. Engelberti Archiepiscopi Colonensis hostem. Nec minori fide, & grati animi obsequio, Henrico de Mollenarck Archiep. Coloniensi. Anno 1225. S. Engelberti cædem ulciscenti, & Anno 1230. jus Advocatæ Siberensis propugnanti suppetias tulit. Uxor ejus fuit Agnes nobilis Domina de Wildenberg.

Fridericus Furstenbergius Dominus in Waterlapp, Wenemarus Furstenbergius Dnus in Fur-

L1

Fri-

Dynastis, Anno 1254. capit in prælio Simonem Episcopum Paderbornensem, Wierlam, Callenhardam, Warstenam, & Furstenbergam depraedatum, & Colonensi Archiepiscopo custodiendum tradit. Anno vero 1264. feria quarta post Remigii, Civitas Callenhardensis occasione defuncti Consulis, vasallus haec tenus personam sustinentis, per literas eum rogat novam feudi vacantis concessionem. Hic pari jure cum fratre suo Furstenbergæ, dum vixit, dominatus fuit. Uxor illius Mechtildis de Graffschafft, filia Crafftensis nobilis Domini in Graffschafft.

stenberg, auctor familiæ Furstenbergiorum in Furstenberg, Anno 1290. Ecclesiæ Colonensi feudi nomine obligat decimas in Husten. Hujus stemma, Anno 1596. II. Nov. Jodoco Furstenbergio Viennæ extincto, unâ emoritur. Alios Wenemari posteros vide supra 261.

Fridericus Furstenbergius omnibus iis bellis, quæ sno tempore Colonenses Archiepiscopi cum vicinis Marcanis, & Arensbergensibus Comitibus gessere, & quibus Furstenberga, Anno 1295. ab Eberardo Comite Marcano, Anno 1309. ab Henrico Archiepiscopo Colonensi, Anno 1311. ab Engelberto Comite Marcano, & Anno 1345. à Godefrido Arensbergensi, & Adolpho Marcano Comite obessa expugnata, & deleta, atque identidem à Furstenbergiis. & Archiepiscopis Colonensis restaurata & munita fuit, multum inclaruit. Eadem Anno 1309. octavâ die assumptæ Virginis Mariae, Arnoldus Dungel vir nobilis bellum denunciat. Cum eodem, & patruelibus ejus, ac pluribus Westphaliae Castris & civitatibus, Henricus Archiepiscopus Colonensis, & Rupertus Comes de Virneburg. VWestphaliae Marescallus, publicæ securitatis causa foedus faciunt Anno 1326. Uxorem habuit Juttam de Bilstein, filiam Theodorici nobilis Domini de Bilstein.

Wenemarus Furstenbergius, Paderbornen sium hostis, Monasterium Bodecense, unâ cum Ecclesia vastat, incendit, & Anno 1370. feriâ quintâ post octavam Apostolorum, Simeoni Episcopo

Antonius Antonius & Wilhelmus, Archiepiscopo Coloniensi Friderico Tremoniam oppugnanti an. 1388. & an. 1390. exerto bello de vectigali Cæsaris Insulae, & de Linnenfi ditione, contra Adolphum Clivensem, & ejus fratrem Engelbertum Marcanum Comitem, opem tulerunt.

Wilhelmus Hermannus cum fratribus Anno 1365. trans- egit, & in obsidione Tremoniensi, aliisq; bellis Ecclesiæ Colonensi adfuit. *ἀπασ.*

Paderbor-

Paderbornensi reconciliatur. Anno 1371. Consiliarius Colonensis intimus, à Friderico Archiepiscopo Colonensi, universæ Dicecesi, summus militarium copiarum ejus dux, ac gubernator, & primus Satrapa Arensbergensi provinciæ magno cum imperio præficitur. Quare Colonensi Ecclesiæ, pro munere suo, utilem fidamque operam præstítit in bello Anno 1383, ab Engelberto Marcano Comite Colonensibus illato, quo Werla Westphaliæ oppidum conflagravit. Defunctus An. 1386. Uxor ejus Catharina nobilis de Pattberg.

Fridericus Furstenbergius strenuus miles, variis in bellis pro Ecclesia Colonensi gestis, claruit: siquidem an. 1388. Friderico Archiepiscopo Colonensi Tremoniam obsidione prementi, unâ cum Wenemaro fratre, patruo, & pa-

Wenemarus conditor stemmatis Furstenbergici in Livonia, Friderici fratris sui in plerisque omnibus bellis adiutor & socius. Uxor ejus Gudula Fresken, filia Joannis Fresken, heres in Hollinghoffen, quam Joanni Schneidewindt vendiderunt.

Ludolphus-Uxor ejus Anna Ludescheid dicta Altena. Possederunt Wilshusam pignoris loco. Eorum filius Joannes arcem Hollinghoffen redemit à Gerhardo Schneidewindt An. 1457. & Furstenbergios in Hollinghoffen propagavit, cuius stemma cum Ludopho ejusdem nominis ac stemmatis ultimo An. 1581, interiit. Arce Hollinghoffen per Annam ultimi Ludolphi filiam. Laurentio de Furstenberg in Furstenberg & Senden Toparchæ nuptam, ad Furstenbergios in Furstenberg devolutā. Hujus etiam stemmate extincto, ab Ernesto Electore Colonensi coempta transit in dominium Wilhelmi de Bavaria, Baronis in Hollinghoffen, nunc ab ejus sororis filii Baronibus de Byle possidetur.

truelibus suis tulit supprias. Anno 1390. Timanuns à Selbach dictus Loe, propter Fridericum Archiepiscopum Colonensem, cuius hostis erat, bellum ei indictit. Contrà Anno 1394. ipse & Wenemarus ejus frater Ruperto de Raesfeldt in Ossendorph hostilitatem denuntiant. Illorum vicissim hostes, in gratiam Bitteri de Raesfeldt, ac Joannis illius filii, eodem se tempore profitentur, Theodorus de Bynnehove, Lubertus de Lange, Theodorus Rodenberg, Henricus & Arnoldus Rodenberg, Gerrus de Wissche, Jordanus de Loe, & Joannes Rodenberg, Sanderus & Wesselus de Galen fratres, Spingerus de Galen, dictus Rodensterdt, Everhardus de Pusepe, Engelbertus & Joannes de Sendene fratres, Joannes Tule, Theodorus de Pepele, Lambertus Schmeck, Bickerus & Walterus de Brabeck, Wernekus de Dollenkunde, Hugo de Dorstene, Webetus de Brabeck nothus, Albertus Krief, Theodorus Crane, Joannes Schyle, Hermannus ab Heydene

L 12

dictus

dictus Aldebach, Henricus de Baysdunc dictus Summer, Bernardus Oyfman, Joannes Lepele, Sanderus de Bernevelde, Wenemarus Unbekunde, Everhardus Heybe, Hermannus Vogelstat, Joannes Vule, Joannes Spiel, Everhardus Bolte, & Hubertus de Tendeninck. Quod idem facit Joannes Spiegel ex Desenberg, qui Anno 1395. unà cum socio suo Henrico Amepe, Friderico Archiepiscopo Colonensi inimicus, iisdem fratribus Furstenbergiis, ob eorum in Ecclesiam Colonensem studium, bellum indicit. Cum deinde Friderico Archiepiscopo Colonensi An. 1403. bellum esset cum Nassovicis, & Limburgicis Comitibus, Fridericus Ecclesiæ Colonensi opem tulit. Postea Anno 1407. pro Arnaldo Dungelen, Henricus de Droste, Everhardus de Wickede, Albertus Sobbe, Wenemarus Sobbe fratres, Fridericus de Latte, Theodoricus de Dingen, Henricus de Berneholt, Rotgerus de Eslo, Henricus Danus cum familis & auxiliis suis inimicitias cum Friderico suscipiunt. Compositis deinde controversis, Fridericus adversus Arnoldum Dungel, & ejus socios, & Arnoldus Dungel, ejusque socii Godehardus Stecke, Rotgerus de VVerderden, Gerhardus de Plettenberg, Bernardus ab Hagenbecke, Joannes ab Aldenbockem, Arnoldus Hensveld, Everhardus de VVickede, Henricus ab Holte, Theodorus de Dungen, Everhardus ab Endorpe, Theodorus Schenckeber, Rotgerus Schenckeber fratres, Isebrandus de Schwalmen, Theodorus Schade, Joannes de Sovene, VValter de Kore, Beso de Brabecke, Theodorus VVesternich & VVachand fratres, Henricus Ovelken, Adolphus de VVesterholt nothus dictus Korte, VVenemarus Hemmerberg, Fridericus Keekenegen, Bruno ab Hunschede, Joannes VVener, Bernardus Hœgenveld, dictus Brige, Joannes de Sterenberg nothus dictus Schukosten, Werlagus Schampert, Joannes Schulte, VVilhelmus Schulte, Joannes Hesse, & eorum famuli, & auxiliatores, adversus Fridericum hostilia resumunt. Quando etiam Fridericus Archiepiscopus Colonensis, & Adolphus Clivensis & Marcanus Comes, VVilhelmo de Monte Episcopo Paderbornensis bellum intulerunt, & Anno 1410. Delbrugiam Paderbornensis Diocesis regi nem depopulati, magnam illic cladem accepere; idem Colonensi Ecclesiæ præstò fuit. Demum Anno 1416. Friderico & VVenemaro fratribus, & VVilhelmo seniori de Furstenberg, Antonius de Scheidungen, Rutgerus de Klotyngen, Engelbertus de Hilbecke, Henricus de Schwane dictus Kleyfie Hynze, VVolfurt op dem Berge, Spenwert de Schorlenberg dictus Strylauff, cum familis & adjutoribus suis, Theodorici de Mœrsia Archiepiscopi Colonensis hostes, propter Dominum suum VVilhelnum de Monte Episcopum Paderbornensem, cum Theodoro de electione Colonensis Archiepiscopi contendentem, bellum denuntiant. Friderici hujus uxor fuit VValburgis de Ketteler.

Her.

Hermannus Furstenbergius Theodorico Archiepiscopo Colonien- si in bello Susatensi auxiliatus, & an. 1446. Sabbatho post festum SS. Simonis & Judæ, Wilhel- mus - Uxor Ger- trudis. Fridericus Hildesiensis Canonicus & Sacerdos, sanctimo- nialibus in Himmelport & Olinghausen, certos annuos redditus donat, pro sui suo- rumque memoria servanda. Alberta nupta Fride- rico Frese- ken. An. 1471.

in prælio à Susatensibus captus fuit, qui ingravescente jam ætate religioni se totum dedit, & diversa cœnobia largo cenfu donavit, ad servandam sui suorumq; in sacrificiis & suffragiis jugeam memoriam. An. 1450. pridie S. Jabobi Apostoli inter complures VVestphaliæ proceres testis subscriptis confessis tabulis de Julie & Montium Ducatu, si Gerhardum eorum Ducem sine libe- ris mori contingéret, Ecclesiæ Colonensi accessuero. Idem Anno 1417. Nol- koni de Beringhusen prædium in Loen, Vranconi de Heygen, & Bernardo de Lunen prædium Brockhusen, Joanni de Lunen decimas in Gerlinckhusen, Joanni de Hanxleden, & Rotgero Lurwaldt prædium in Stockenberg, Goswino Lurwald prædium in Sutterpe & Miste, Raboni de Thulen in Brucken prædium in Gerlinckhusen, Hermanno de VVette prædium in Loen, Civitati Callenhardeni prædium Gerlinckhoff. Anno 1433. ipso die S. Benedicti Theodoro Torck in Edineckhusen prædium in Langeveld. Anno 1437. Theodoro de Lunen prædium in Gerlinckhusen. Anno 1470. Bernardo de Landsberg prædium in Brenckhusen, nobilibus vasallis, & clien- tibus suis, in beneficium seu feudum concedit. Defunctus Anno 1471. Uxor ejus Hedwigis de Reck, VVerlæ sepulta in Ecclesia Parochiali, ante aram Deiparæ Virginis Mariæ.

Wenemarus Furstenbergius Deo vixit, & sibi. Defunctus An. 1484. 24. Aprilis. Se- pultus in Ecclesia Monasterii Himmel- port. Uxor ejus Cordula de Galen, filia Sanderi de Ga- len, Domini in Her- ten, & Sybillæ de Bo- delswinghe, miræ sanctitatis matrona, quæ 36. annis vidua, in Himmelport apud filiam Ursulam ejus loci Abbatissam, optimè de Monasterio merita, confitit.

L 1 3

Fridericus Archiepiscopo Colonensi Theodori- co Susatum oppu- gnanti præstò fuit. Anno 1446. feria sexta post Dominicam Judi- ca in prælio ante wer- lam à Susatensibus ca- ptus.  $\ddot{\alpha}\pi\alpha\iota\varsigma$ .

Antonius Monasteriensis Canonicus, mortuus an- 1459. feria secundâ Pa- schatis. Tremoniæ in templo PP. Franciscano- rum sepultus, qui Anno 1467. die S. Martini fa- tentur se obligatos esse ad annuam ejus memo- riā in sacrificiis, & suf- fragiis celebrandam.

confitit.

confenuit, nupta anno 1460. festâ die SS. Fabiani & Sebastiani. An. 1516.  
4. Decemb. defuncta, & prope maritum ibidem tumulata.

Fridericus Furstenbergius: Satrapa Werlensis, Anno 1519. Ab Hermanno Archiepiscopo Colonensi inter Consiliarios cooptatur. An. 1484. 24. Junii cum Wenemaro, & Hermanno fratribus fundat beneficium Ecclesiasticum in parochiali aede in Bremen. An. 1496. civitatem Callenhardensem, aliosque clientes feudis investit. Anno 1543. 3. Aprilis moritur, sepultus VVerlae in monumento aviae suae. Ejus uxor Metta de Plettenberg in Neilen, filia Remberti de Plettenberg ex Neilen, & Adelheidis ab Ermelen, nupta Anno 1503. defuncta 1511. sepulta in Himmelpfort.

Wenemarus auctor Furstenbergiorum in castro Stirpe, obiit Anno 1503. 22. Aug. Sufati; cuius stemma, in Joanne Schonebergio de Furstenberg consiliario Colonieni Anno 1645. 3c. Novembr. extincto, desit. vid. suprà 26.

Hermannus Canonicus Monasteriensis & Paderbornensis, Presbyter, & in choro psallentium Deo assiduus, obiit Anno 1547. pridie exaltationis S. Crucis, Monasterii sepultus, fundator perpetuae memorie in Himmelpfort. Joannes Abbas Sibergensis, alter ejus Monasterii fundator, optimè suis praefuit, Anno 1549. 7. Decembris defunctus, & sepultus Sibergae in facello à se extructo.

Antonius Ordinis Præmonstratensis Canonicus Cappenbergensis, Præpositus in Bürick prope VVesaliam inferiorem, & SS. Canonum Doctor.

Caspar & Wernerus milites Ordinis Teutonici in Livonia, quorum primus obiit Anno 1532. 19. Octobris.

Agatha uxor 1. Hermanni de Pentling in West-Heimmern & Hilbeke. 2. Joannis de Schüngel Archi-Satrapæ VVestphaliæ, in VVokelem.

Ursula Abbatisa in Himmelpfort, præclarè de illo Monasterio merita, 48. annis præfuit, Anno 1548. 16. Julii defuncta.

Elisabetha & Hadwigis Moniales in Monasterio Paradisi prope Sufatum.

Anna Monialis in Olinghausen obiis Anno 1535. 12. Julii.

Catharina Decanissa in Freckenhorst, bene de Monasterio Himmelpfort merita, obiit An. 1526. 16. Aprilis

Fridericus Furstenber-	Caspar in-	Elisabetha uxor Christo-	Catharina
gius quatuor Princi-	fans	phoro à Plettenberg in	obiit
cipum Electorum	mortuus.	Lenhusen desponsa An.	infans.
Coloniensium, A-		1529. 2. Feb.	
dolphi, Antonii, Joannis Gebhardi, & Friderici Consiliarius, & Satrapa			
VWerlensis, cuius integritas, doctrina, prudentia, dicendi vis, cum in pa-			
triae negotiis, tum in publicis imperii conventibus, sæpenumerò cognita			
est. Anno 1564. 25. Octobr. per contractum antichrescos, pro decem au-			
reorum			

reorum millibus, acquirit sibi suisque præfecturas Bilstein & V Valdenburg. Anno 1559. interfuit comitiis Augustæ Vindelicorum celebratis, Consiliarius Joannis Gebhardi Archiepiscopi Coloniensis. Anno 1564. ab Ordinibus V Westphalie Ducatus ad Electorem Coloniensem pro impetranda privilegiorum patriæ confirmatione missus, in magnum propterea odium & offensionem Friderici Archiepiscopi Coloniensis incurrit. Anno 1566. ab eodem mittitur legatus ad conventum Lubecensem. Anno 1567. 21. Martii moritur, ætatis sua Annos 57. Scheidæ sepultus. Uxor Anna Westphael, filia Rabani Westphael, Satrapæ in Lichtenau & V Unnenberg, & Helenæ ab Horde dominæ in Böcke, nupta Anno 1538. 4. August. obiit Anno 1583. festo S. Joannis Baptista die, Olinghusæ sepulta.

Caspar Furstenbergius Anno 1544. 11. Novembr. nascitur. Anno 1566. Kalend. April. ætatis sua 19. Coloniae licentiam utriusque juris interpretandi adeptus, quinque Electorum Coloniensium, ac trium Moguntinorum, & Principis Paderbornensis Consiliarius intimus, & Satrapa in Bilstein, Fredeburg, V Valdenburg, Lenne, Fritzlar, & Naumburg. Archisatrata V Westphaliae Anno 1613. 19. August. Ratisbonæ præficitur. Satrapiis Bilstein, V Valdenburg, & Fredeburg, præfuit annis 49. Ducatus V Westphaliae gubernacula 5. annis tenuit. Omnibus Imperii conventibus, ab anno 1567. usque ad ann. 1618. habitis, interfuit, vel legatus, vel à consilii primoribus, & calamitosis Reipubl. temporibus, incredibili fide, labore, integritate, constantiâ, Religioni Catholicae, Romano imperio, Patriæ servivit. Truchsesiano mctu omnibus fermè nutantibus, solus ex Equestri Ordine constans in fide Ecclesiae Romanæ, & Coloniensis manxit, omnibusque eâ tempestate fortunis spoliatus, & in exilium actus, apud fratrem suum Praepositum Paderbornensem hæfit, usque dum ab Ernesto in locum Truchsesii electo Archiepiscopo Coloniensi, ad Francofurtensem conventum Anno 1583. 25. Septemb. adversus Truchsesianos legatus, & Anno 1584. 19. Martii, Bavari exercitus ducibus adjunctus, & V Westphaliae recuperandæ consilia moderatus, una cum Repub. in integrum restitutâ, amissas opes suas cum scenore recepit, & plerisque omnibus indigenis, Truchsesii partes fecutis, veniam iterum ac gratiam impetravit. Quare summo loco apud Ernestum, & Ferdinandum ejus successorem fuit, & ille pro sex millibus aureorum florenorum, Satrapiam Fredeburgensem ei opignoravit Anno 1585. 18. Octobr. Hanc deinde Maximilianus Henricus Archiepiscopus & Elector Coloniensis, utriusque successor & nepos, Anno 1665. 6. Maii unâ cum Bilstenensi & V Allenburgensi præfecturâ repignoravit, eo modo, & emolumento familie Fursterbergicæ, ut illius posteri mnemosynon, & causam habituri sint, Principum gratiæ, majorum suorum meritis, & chirographis parum confidendi, sibique à mutuo potentioribus

tentioribus dando posthac diligentius cavendi. Demum vir imprimis doctus, prudens, facundus & diligens, familiari usus symbolo, *Præsum ut profim*, Podagræ doloribus confectus, Anno 1618. 3. Non. Martii obiit, relicto ob sua in rempubl. merita ingenti patriæ luctu, natus an. 72. mens. 4. dies 2. Arensbergæ sepultus in Æde VVedinghusana, ante aram marmoream cum epitaphio ejus positam. Uxor Elisabetha Spiegel ex Peckelsheim, Joannis Spiegel ex Peckelsheim, & Godæ Spiegel in Desenberg filia, nupta An. 1573. 4. Octob. obiit Bilstenii An. 1587. Kal. Junii, sepulta in Veschede. Fridericus Canonicus Moguntinus & Paderbornensis, S. Albani & S. Petri Moguntiae, natus Anno 1539. fundat Anno 1605. perpetuam eleemosynam pro fex pauperibus Attendoriæ alendis, obiit Anno 1608. 9. Januarii, ætatis sue 70. Moguntiae in facello S. Joannis Baptista in Æde Metropolitanæ sepultus.

Theodorus Canonicus Trevirensis, Præpositus Paderbornensis & Meschedensis Anno 1546 nascitur. Anno 1585. 5. Junii eligitur Episcopus & Princeps Paderbornensis. Dicecesi difficillimis temporibus per annos 33. menes 6. dies 28. præfuit, tanta cum laude, ut optimorum Præsulum nulli secundus habeatur, restituit religionem Catholicam, ære alieno Ecclesiam liberavit, auxit vectigalia, duas arcas principales Neuhusium & VVevelsburgum exstruxit, reliquas collabescentes refecit: oppignoratas recuperavit, Paderbornam rebellem compescuit, Collegium & Novitiatum Societatis Jesu, cum Academia publica instituit, Ædis Cathedralis Canonicos, & universa Dicecessis Monasteria non uno anno censu locupletavit, & egenis hominibus perpetuam eleemosynam largitus. Obiit anno 1618. 4. Decembris ætatis sue 71. maximo sui desiderio relicto. Paderbornæ in Ecclesia Cathedrali sepultus. Ejus symbolum, *Judicium melius posteritatis erit*, fama post obitum superstes approbavit.

Othilia Anno 1585. 11. Kal. Februarii, ætatis sue 33, eligitur Abbatissa in Olinghusen, Anno 1589. 5. Julii postulatur Abbatissa Herisensis, utrobique auctis vectigalibus, exstructis domiciliis, ornatis templis, & perpetuis eleemosynis fundatis immortalem laudem promerita, obiit Anno 1621. Non. Martii, ætatis 72. cum Herisensi Ecclesiæ An. 33. Olinghusanæ 35 maximo cum fructu præsuisset.

Anna, post mortem sororis, Abbatissa Olinghusana, obiit anno 1626. 29. Novemb. Olinghusæ, cum Othilia sorore, proximè matrem suam Annam à VWestphael sepulta.

Ursula Monialis in Himmelport, obiit anno 1560. 2. Aprilis.

Helena, uxor Joannis VVulff in Fuchten despensa, anno 1552. Kal. Novemb. Barbara, uxor Henrici Smising in Tatenhusen despensa, anno 1574. 25. Augusti obiit anno 1614. 30. Januarii Bilsfeldiae in templo Franciscanorum sepulta. Mater

Mater Theodori Smisingii anno 1580. nati, & 10. Aprilis baptizati, sponsoribus Ottone Durgello Præposito Monasteriensi, & Elisabetha Spiegelia conjuge Caspari de Furstenberg, qui institutum S. Francisci amplexus Lovani, singularis famâ sanctitatis, & Theologæ scientiâ inclaruit, genere & scriptis libris nobilis.

Agatha, Godeschalci ab Haxthausen in Vorden, Archisatrapæ Paderbornensis, & Satrapæ in Dringenberg conjux, desponsa An. 1583. 28. Maji, obiit Anno 1637. 7. Septembr. Gerdene sepulta.

Ursula, Rabani Spiegel in Peckelsheim, & Sweekhusen uxor, desponsa Anno 1577. 29. Aprilis, obiit anno 1621. Paderbornæ in templo Societatis Jesu sepulta.

Fridericus Furstenbergius, Dynasta in Bilstein & VValdenburg, natus anno 1576. Kal. Martii, humanioribus literis, philosophiæ, & juri civili operam dedit Coloniae, usus deinde Pontimusi Præceptore & hospite, Jurisconsulto fane præclaro, Guilielmo Barclao. A Joanne Swichardo Moguntino Electore ditioni Königstena An. 1610. Kal. Februarii, à Ferdinando Colonensi Septemviro, & utriusque Bavariae Duce, VWestphaliae & Angariae summo cum imperio anno 1624. 22. Februarii præficitur. Pro utroque ad quatuor Augustos, ad Sueciam Regem, ad Principes diversos, ad plura Imperii Comitia legatus ivit, Moguntinus, Colonensis, & Paderbornensis Consiliarius intimus. Anno 1622. 9. Maji à Ferdinando Electore Colonensi, consentiente Collegio Metropolitano, in beneficium seu feudum accipit Bilsteinensem & VValdenburgensem dynastias jam olim sibi suisque oppignoratas. Anno 1637. 27. Novembr. Meschedenæ in negotiis patriæ ablegatus capit ab Hassis, & Lipstadium abducitur; demum An. 1638. mensie Martio liberatur. Suecis verò VWestphaliam Anno 1646. vastantibus exul Bonnam abiit; & 9. Aug. piè illic discessit. Natus annos 70. menses 5. dies 9. & Arensbergæ Anno 1647. 25. Februarii sepultus proxime parentem. Uxor ejus Anna Maria de Kerpen Domina in Illingen, è VWestfalia, Joannis de Kerpen dynasta in Illingen, & Claudiæ Baronis de VViltz filia Moguntia ei nupta anno 1608. 13. Octobris maximis virtutibus ornata matrona, cum marito 37. An. summâ concordiâ vixit, piè defuncta Bilstenii anno 1646. 15. Martii ætatis sue 58. sepulta 9. Aprilis in Veschede.

Joannes Godefridus Canonicus Moguntinus, Trevirensis & Paderbornensis, Præpositus Meschedensis, natus anno 1579. Kal. Februarii, ægrotus in itinere moritur prope Sigenam in Comitatu Nassoviæ Anno 1624. 11. Sept. sepultus Attendoria in Æde Parochiali.

Theodorus natus an. 1585. 24. Maji, obiit 23. Decemb. sepultus in Veschede.

Mm

Goda

Goda nata anno 1574. 23. Julii, Uxor Bernardi ab Heiden ex Bruch, desponsa anno 1594. 30. Novembris.

Anna nata 1577. 23. Novembris, Uxor Georgii ab Oenhausen in Eckholt, Satrapæ Paderbornensis in Neuhaus, desponsa an. 1600. 6. Februarii, moritur anno 1641. 3. Martii singularis probitatis matrona.

Helena Monialis Ordinis S. Benedicti trans aquas Monasterii, nata an. 1580. moritur anno 1647. 3. Aprilis magnâ sanctitatis opinione.

Othilia nata anno 1582. 6. Octob. eodem moritur.

Elisabetha nata an. 1587. 9. Januarii, Uxor Christophori ab Horde in Stor mede & Erinckerfeldt, desponsa an. 1608. 15. Junii, moritur an. 1632. 5. Novembris, sepulta in Stormede 22. Novemb.

Fridericus Furstenbergius, S. R. I. Liber Baro, natus in Königstein an. 1618. 31. Octobris circa horam tertiam pomeridianam, baptizatus 20. Novemb. Cubicularius aureæ clavis, & intimus Consiliarius Coloniensis, & Paderb. Satrapa in Fredeberg, Advotaus hæreditarius in Graffschafft, Dynasta in Bilstein, V Valdenburg, & in Oberenkirchen. Optimis literis in Germania, Italia, & Gallia excultus, in diversis legationibus, & S. R. I. Comitiis prudentiam, fidem, & eloquentiam suam ostendit. Anno 1646. 29. Januarii Ferdinandi, & an. 1651. 6. Januarii Maximiliani Henrici Electorum Colonensium intimis consiliis admovetur. An. 1652. 19. Feb. de Bilsteinieni & V Valdenburgensi dynastia, sibi suisque in beneficium jam olim concessa, cum Ordinibus Ducatus V Westphaliae transigit, & an. & 1653. 12. Novemb. diuturnam ac difficultem litem de Advocatia Monasterii Graffschafft, quam cum Abbe, & Cœnobitis Graffschafftanis avus ejus ac parens habuerant, certis legibus componit. An. 1654. mense Aprili. Electoribus Moguntino, Colonensi, & Trevirensi arcem Hammerstein ad Rhenum à Lotharingis insessam, & viciniæ diu multumque gravem expugnantibus, ipse copiis Colonensibus imperat. Patriæ imprimis amans, & amatus, in arce sua Herdringa piè moritur an. 1662. 7. Julii, Attendoria 10. Julii, sub vesperam in templo PP. Franciscanorum, juxta primam conjugem, sine pompa funebri, quam vetuerat, tumulatur, dimisso Canonici in Cathedrali Herbipolensi. Prima ejus Uxor Anna Catharina de Petra ex castro Leyen, filia Joannis Caspari von und zu der Leyen, Domini in Eltz, Trevirensis Consiliarii, & præfecti in Munstermeyselft, Coborn, & Alcken, & Catharina de Metternich, sororis Lotharii Archiepiscopi Trevirensis. Nupta in Laenstein an. 1645. 23. Decembris, defuncta in Bilstein an. 1658. 11. Martii, Attendoria sepulta 3. Aprilis in templo PP. Franciscanorum strictioris observantiæ, pia imprimis femina. Altera fuit Maria Elisabetha de Breidtbach ex Borresheim, filia V Wolfgangi Henrici de Breidtbach, vicedomini, & intimi Consiliarii Moguntini, dynasta in Borresheim, & Mariæ Magdalena Dominae

mina in Eltz, nupta an. 1659. 9. Junii in Borresheim.. Nata an. 1623. 10.  
Aprilis, obiit Herdringæ 25. Septembr. an. 1679. sepulta Attendoriæ.

Theodorus Casparus ex Seniore electus Præpositus Moguntinus an. 1673.  
Canonicus Spirensis, & ad S. Albanum Moguntiæ, in exercitu Regis Ca-  
tholici Chiliarchus legionis equestris in Belgio, nascitur in Königstein an.  
1615. 6. Martii, moritur 1675. 21. Sept. tumulatur 10. Octobris in facello  
Furstenbergico summæ ædis Moguntiæ.

VVilhelmus Chorepiscopus Trevirensis S. Mauriti in Tholeja, Præpositus  
Monasteriensis, Decanus Salisburgensis electus an. 1675. 16. Aug. Cano-  
nicus Paderbornensis & Leodiensis, Præpositus in Bustorff & Meschede.  
Prior S. Mariæ de Campeio in Alpibus Tridentinis, intimus Consiliarius  
Salisburgensis, Paderborn. & Monasteriensis, Alexandri VII. & sequentium  
diversorum PP. Maximorum Cubicularius intimus, multis ad Cæsarem,  
Principes & Comitia Imperii legationibus clarus, ab eloquio & prudentia  
multum commendatus. Nascitur Bilstenii an. 1623. 13. Novemb. Sponsore  
VVilhelmo de VWestphael Archisatrapâ Paderbornensis Diœcesis. Insi-  
gnes ejus virtutes etiam post fata loquuntur, varia Salisburgi anathemata,  
altare erectum in parochiali Attendoriæ, eleemosynæ ibidem auctæ, & in  
perpetuum apud PP. Thejatinos fundatae, æternâ vel inde memorâ dignus  
obit an. 1699. 2. Maji Salisburgi in Metropolitana sepultus.

Ferdinandus, Canonicus Hildesiensis, Paderborn. & Monasteriensis, Præpo-  
sus S. Crucis in Hildesheim, Prior S. Mariæ de Campejo in Alpibus Tri-  
dentinis, Alexandri VII. P. O. M. Cubicularius intimus an. 1661. 20. Aprilis  
dum Romæ versatur, absens eligitur, 30. Maji confirmatur, 6. Junii in urbe  
ab Eminentissimo Julio Rospiglioso Cardinale, post verò Clemente IX. P.  
M. conseretur, & 4. Octob. Paderbornæ inauguratur Episcopus ac Prin-  
ceps Paderbornensis. An. 1667. 19. Julii eligitur, & an. 1668. 30. Aprilis  
confirmatur Coadjutor & Successor Monasteriensis, eodem anno Episco-  
pus ac Princeps Monasterii solenniter inauguratur. Natus est in castro  
Bilstein an. 1626. 21. Octobr. baptizatus 29. Novembr. Sponsore Ferdinan-  
do Electore Colonensi & utriusque Bavariae Duce &c. Inter Episcopales  
curas præcipua Ei fuit studium promovendæ gloriæ divinæ, & salutis ani-  
marum, ideo quindecim Missiones apostolicas in variis & extra Europam  
plagis fundatas & perpetuò stabilitas sex & triginta Missionariis è Societate  
Jefu commendavit. Quantopere dilexerit decorem domus Dei, commen-  
dant in utraque Diœceti ac Ducatu VWestphaliae Monasteria, Templa, Sa-  
cella, magno numero tum exstructa & refecta, tum pretiosis & illustribus  
Cimbeliis exornata; Regnum Candiae ingenti pecunia summa à præsen-  
tissimo servitutis Turcarum periculo vindicavit. In pauperes & causas pias  
prodigus in opia Capucinorum in Brakel, PP. Franciscanorum Strict.

Mm 2

Obser-

Observantiae Attendoriæ & Paderbornæ perpetuâ eleemosynâ subvenit. Hospitalis Fursterbergii à magnis Patruis Attendoriæ liberaliter fundati preventus legato quinques mille imperialium auxit. Gymnasium Sigenæ constituit, Padibornæ alterum à M. Patruo suo glor. memor. fundatum reparavit. Denique plurimis prætermis successori suo Paderbornensi præter abacum & coetera reliquit pontificalem ornatum dignum octodecim mille imperialibus, Monasteriensi, pro argentea supellestile viginti tria millia; decretivit Cathedrali Capitulo Paderbornensi viginti quinque millia & Monasteriensi triginta tria millia imperialium pro sui quotannis celebranda memoria; Regularibus utriusque sexūs per totam diocesin Paderbornensem sex millia, præter millena alia in Graffschafft, VVedinghausen, Gräventhal, Ölinghausen & alibi. Ex calculi sectione obiit anno vitæ LVI. Episcopatūs Paderbornensis XXIII. Monasteriensis V. post Christum natum MDCLXXXIII. 26. Junii in Sabbatho post horam VI. matutinam Princeps tantus, qui bonorum omnium calculo longiore vitâ dignissimus, Pontificum intimâ consuetudine, Regum amicitia, Christianarum omnium gentium admiratione, plausu, præconio celeberrimus fuit; quem Innocentius XI. P.M. deploravit hoc epicedio: *Perdidimus magnus Ecclesie ornatum.*

Franciscus VVilhelmus, Archi-Commandator Ordinis Teutonici per VWestphalię, Commandator in Mülheim & Monasterii ad S. Georgium, Consiliarius Paderbornensis intimus, Marescalli officio in Comitiis Ratisbonensis circa annum 1665. optimè functus, nemini non charus. Nascitur Herdringae an 1628. 29. Sept. an. 1650. 14. Februarii Mülhemii inauguratur Eques Ordinis Teutonici, an. 1660. 15. Decemb. eligitur Coadjutor, & an. 1671. 20. Maji in Capitulo generali Marienhemii præsens confirmatur Archi-Commandator Baliviæ Ordinis Teutonici in VWestphalia. Tandem exstructâ domo Teutonicâ de Ordine suo bene meritus infeliciter cum equo prolapsus ad agonem optimè dispositus ex pedis fractura obiit an. 1688. 3. Aug. Mülhemii sepultus.

Joannes Adolphus ex Camerario Præpositus Paderbornensis unanimiter electus an. 1681. 20. Febr. Canonicus Hildesiensis, & Monasteriensis, Præpositus S. Crucis Hildesi & veteris ædis Monasterii, Satrapa in Bilstein, VValdenburg & Fredeburg, Consiliarius Paderborn. & Monasteriensis intimus. Natus Coloniae Ubiorum an. 1631. 16. Martii, Castrum Adolphi prævio consensu Imperatoris in memoriam nominis sui magnifice erexit. Symbolum suum (*Rece faciendo neminem timeas*) cùm in legationibus ad Cæsarem tum alias seu jura patria tuendo, seu Martis iurias avertendo, re ipsâ probavit verè defensor suorum ac Pater pauperum cum primis PP. Franciscorum, quibus Limburgi aram, templum Ruthenæ, & Attendoriæ cum organo,

organo, ara maxima, horto ac ædificio œconomico erexit, adjectâ utrobi-que & xenodochio Furstenbergico eleemosynâ perpetuâ; Curiam Præpositi Paderbornæ renovatam unâ cum horto bene culto Successoribus reliquit; Sacellum SS. Angelorum in Cathedrali ibidem struxit & aram in pa-rochiali Attendoriæ; quod vivens constituit beneficium in suo castro Adolphi, uti etiam memorias in Cathedralibus & in valle Comitum per Hære-dem fundavit. Controversiam territorialem cum vicinis per limites feli-citer finivit. Tandem laborum ac vitæ satur post fratres ac sorores omnes natuminimus obiit Herdringæ an. 1604. 15. Aprilis, sepultus ad Matrem do-lorosam, uti voluit, in templo suo Attendoriæ.

Anna Ursula, nascitur an. 1609. 16. Aug. moritur eadem die.

Maria Catharina, nata an. 1611. 28. Jan. Uxor Georgii Christophori Baronis ab Haselang utriusque Bavariæ hæreditarii aulæ præfecti, Electoris cubi-culo Præpositi, Consiliarii intimi & Dynastæ in Hoch-Kammer & Gibin-gen desponsa Coloniæ an. 1635. mense Febr. obiit in Hoch-Kammer 1679.

13. Januarii.

Anna Barbara, Ordinis S. Francisci Monialis Capucina Coloniæ. Nascitur an. 1612. in Königstein 14. Maii.

Ursula, nata in Königstein an. 1614. 6. Junii Decanissa in Hersé, moritur an. 1667. 30. Junii singularibus virtutibus prædita, sepulta in templo Herisiensi.

Othilia, nata an. 1617. in Königstein an. 1643. desponsa Bernardo de Pletren-berg in Lenhausen, Bergstrate & Frielentrop, Ordinum VWestphaliae De-putato, Mater Principis Monasteriensis obiit an 1683.

Joannes, infans moritur.

Joannes Godefridus, natus an. 1622. 31. Jan. infans obiit.

Anna Wilhelma, nata an. 1620. obiit dysenteriâ an. 1624. 4. Septemb.

Anna Helena, infans moritur.

Anna, infans moritur.

### EX PRIMA CONJUGE.

Franciscus Emericus, Metropolitanæ & nobilis Collegiate Ecclesiæ S. Albani Moguntiæ Canonicus. Nascitur Bilstenii an. 1646. 7. Octob. defunctus Lugduni Galliarum an. 1667. 16. Decemb. & ibidem sepultus.

Anna Elisabetha, Uxor Joannis Matthiæ de Nehem in Sundermüllen, Satra-pæ Osnabrugensis in Furstenau & Vörden, nupta an. 1667. 20. Febr. na-ta 1648. 15. Febr. Bilstenii, obiit in Sundermüllen, sepulta in Melle.

Fridericus, natus an. 1649. 23. Januarii Bilstenii, suscepto baptismo moritur, sepultus in Veschede.

Wilhelmus nascitur an. 1650. 27. Jan. Bilstenii accepto baptismo moritur in Veschede sepultus,

M m 3

Anna

Anna Margaretha Ursula, nascitur an. 1651. 9. Aprilis, moritur an. 1652. 9.  
Martii, sepulta Bonnae apud PP. Franciscanos minores.

Maximilianus Henricus, designatus Satrapa in Bilstein, VVAldenburg & Fredeburg. Nascitur Bonnae an. 1654. 13. Maji, moritur Heidelbergae, ubi juris prudentia operam dabat, omnibus Ecclesiae Catholice Sacramentis munitus an. 1671. 6. Aprilis, sepultus Maguntiae in Aede Metropolitana in Saccello Propatrii sui Eriderici Canonici Moguntini & Paderbornensis.

Maria Barbara, nascitur Herdringae an. 1655. 4. Decembris, baptizata altero die, nupta an. 1671. 10. Maji Melchiori Godefrido L. Baroni de Hatzfeld, Dynasta in Wildenberg, Domino in Schönstein, VVerther & Mertens.

VVilhelmus Ferdinandus, nascitur Herdringae an. 1657. 9. Julii moritur Bilsteinii an. 1658. 12. Martii sepultus Attendoriae una cum Matre in templo PP. Franciscanorum,

#### EX ALTERA CONJUGE

Anna Maria Magdalena, nascitur Snellenbergae an. 1660. 22. Martii nupta 11. Julii 1679. Joanni Adolphi L. Baroni Wolff Metternich de Gracht, Domino in Lübbeler, & Odenthal &c.

Ferdinandus, L. Baro nascitur an. 1661. 22. Aug. circa horam nonam matutinam Snellenbergae baptizatus 4. Septemb. [ Testibus Ferdinando Episcopo & Principe Paderborn. & Monasteriensi, & Mariâ Jacobâ ab Eltz, Abbatissâ Monasterii Marienraht ] Reverendissimi Serenissimi Electoris Coloniensis Cubicularius aureæ clavis, Consiliarius intimus & in Ducatu VWestphaliae Nobilis, Satrapa hæreditarius in Bilstein, VVAldenburg & Fredeburg, Dynasta in Oberenkichen, Advocatus itidem hæreditarius in Graffschafft & Ewig. Ejus labores pro patria, donationes pro Ecclesia, fundationes pro pauperibus ac studium pro suis, memoranda relinquimus posteritati. Dimissis Canonicatibus in Metropolitana Moguntiae & in Cathedrali Paderbornae, Coniux Maria Theresia filia VVilhelmi L. Baronis & Mariæ Catharinæ de VWestphalen in Fürstenberg, Herbran, Laer, Dinkelburg, &c, nupta an. 1682. 15. Decemb. in Castro Neuhusii. Natos vidit ordine sequenti.

Ferdinandus Antonius L. B. natus Herdringae an. 1683. 31. Julii, baptizatus 7. Aug. [ assistentibus 1. Joanne Adolphi de Plettenberg in Lenhausen, &c. 2. Othilia e Furstenbergiis Dominâ in Lenhausen &c. 3. Catharinâ Seraphina Bar. de Westphalen conditâ de Brencken ] Canonicus Paderborn. & Monasteriensis, communione studii participat de laudibus fratris sui nuper defuncti, ut sequitur.

VVilhelmus Franciscus Adolphus, natus Herdringae an. 1684. 20. Julii, 30. ejusdem baptizatus [ Sponsoribus tribus fratribus LL. Baronibus de Furstenberg 1. Wilhelmo

1. *Wilhelmo Metropolitanae Salisburgensis & Cathedralis Monasteriensis respectivè Preposito ac Decano.* 2. *Francisco Wilhelmo Archi-Commendatore Ordinis Teutonici per Westphalam in Mülheim.* 3. *Joanne Adolphi in Adolfsburg Preposito Paderbornensi.* 4. *Wilhelmo L. B. de Westphalen in Fürstenberg, Herbran, Laer &c.* 5. *Agathà de Niehausen Decanissè in Herse.* 6. *Maria Barbarà e Fürstenbergiis Bar. de Hatzfeld in Wildenberg, Schönstein &c.]* Metropolitanae Coloniensis & Cathedralium Paderborn. ac Monasteriensis Canonicus nec non Prepositus sanctæ Crucis in Hildesheim. In Imperiali Senarum Universitate ob theses utriusque juris gloriose propugnatæ illuc intronizatis, ut vocant, unâ cum fratre suo primogenito adscriptus lauream meruit & in Curia Romana notam singularem, ut proinde ad altiora quæque natus videretur, nisi præmuturâ morte sublatus desiderium sui reliquisset omnibus, Herdringæ 3. Aprilis 1707. sepultus Attendoria ad M. Patruum.

Fridericus, natus Herdringæ an. 1685. 21. Julii, 30. ejusdem baptizatus [Sponsoribus 1. Friderico Christiano ex Illusterrima Familia LL. BB. de Plettenberg, id temporis Decano, postmodum Episcopo ac Principe Monasteriensi. 2. Friderico Wilhelmo L. B. de Westphalen in Laer, Fürstenberg, Dinkelburg &c. 3. Anna Mariæ Magdalena e Plettenbergiis Bar. Wolff Metternich in Gracht &c. 4. Maria Idæ e Plettenbergiis, Domina de Beverfordi in Werries &c. 5. Anna Maria Elisabetha de Holdinghausen professâ in Stuben.] Cathedralis Monasteriensis & Equestris Bruchsalienis Canonicus, jam à pueri Coloniae, Moguntiæ, Heribpoli, Pragæ, & Senis in Italia cum binis fratribus degens ea nobilissimarum virtutum ac doctrinæ dedit specimina, ut uberrimos olim fructus jam in flore appromitteret; ast febri hecticâ exustus Romæ 24. Jan. 1706. acceptâ à Clemente XI. P. M. benedictione Apostolicâ piissime obdormivit, depositus in monumento affabre specioso ad honorem Illusterrimi Domini Augustini Favoriti &c. sumptibus Ferdinandi Episcopi in signum specialis amicitiae exstructo, & quidem in Basilica Mariæ Majoris ad nives, ita disponente Eminentissimo Domino Cardinale Laurentio Casoni &c. in cuius etiam Illusterrima præsentia totus Clerus piis manibus solenniter parentavit, sacra & justa peragente Eminentissimo itidem Cardinale Fabroni &c. Lucia Antonetta Joanna Bernardina Wilhelmina, nata Snellenberge an 1686. 3. Octobr. baptizata 12. ejusdem [Testibus 1. Joannâ Mariâ Cathar. Bar. de Winckelhausen, Vice-Comitissa in Urdingen, nunc Abbatissa Herisensi, &c. 2. Luciâ Elisabetha de Ledebur, post nupta Baroni de Westphalen Domina in Laer, Fürstenberg &c. 3. Antonettâ Bar. de Landsberg in Erwite. 4. Bernardo L. B. de Plettenberg, Cathedralium Paderborn. & Monasteriensis Canonico & Cantore] infans obiit sepulta Hüstenæ.

Ferdinandus Wilhelmus, natus Herdringæ 1687. 18. Decembr. 27. ejusdem baptizatus [Sponsoribus 1. Ferdinandu L. B. de Plettenberg, Decano Paderbornensi,

*nensi, Proposito Monasteriensi. 2. Wilhelmo L. B. de Plettenberg, Ordinis Teutonici Archi-Commendatore. 3. Wilhelmo L. B. de Westphalen, Cathedralis Paderborn. & Halberstadiensis respectivè Cellario & Capitulari, Preposito SS. Apostolorum Petri & Pauli ibid. 4. Catharina de Drost, condicta de Niehausen, Domina in Ameke & Fuchten. 5. Christina Barbara de Ledebur Canonissa in Schilbeschede ] Canonicus Hildesiensis supra etatem generosus, nemini iniquus, bonis omnibus familiaris & acceptus, vitâ quidem longiore dignus, quam corporis & animi robur in eo appromiserat, sed dysenteria præmature finivit an. 1705 20. Septembr. Moguntiæ, ubi in Sacello Fürstenbergico in Metropolitana Majoribus suis appositus requiescit.*

*Christianus Franciscus Theodorus, natus Fürstenbergæ an. 1689. 5. Febr. 14. ejusdem baptizatus [ Sponsoribus Francisco Arnoldo jam Episcopo ac Principe Paderbornensi & Monasteriensi. 2. Christiano Theodoro L. B. de Plettenberg, Cathedralis Hildesiensis Scholastico. 3. Theodoro de & in Brencken &c. 4. Sidonea Catharina de Holdinghausen in Bruchmühlen, condicta de Ledebur. 5. Agatha Catharina Bar. de Westphalen, jam Domina de Wend in Holdfeld, Craffenstein &c. ] Canonicus Hildesiensis, Paderbornensis & Monasteriensis nominatus etiam Halberstadiensis.*

*Maria Catharina Brigitta Othilia, nata Herdringæ an. 1690. 5. Aprilis 14. ejusdem baptizata [ Testibus 1. Catharina Seraphina Bar. de Westphalen, condicta de Brencken in Fürstenberg. 2. Catharina Brigitta Baro Domicella de Westphalen. 3. Othilia de Nagel Canonissa in Metelen. 4. Henrico de Böselage, Ordinis Teutonici Commendatore. 5. Georgia de & in Niehausen ] Infans obiit sepulta in Hüsten.*

*Anna Helena Theresia Bernardina Philippina, nata Herdringæ an. 1691. 15. Maji, 24. ejusdem baptizata [ Testibus 1. Margaretha Bar. de Breidbach ex Baronibus de Petra in Börresheim. 2. Ursula Helena Bar. de Galen, condicta de Plettenberg. 3. Anna Theresia Bar. de Plettenberg in Lenhausen &c. condicta Wolff Metternich. 4. Engelberto de Beverförde Canonicu Monasteriensi. 5. Philippo Ludovico de Nagel Canonicu etiam Monasteriensi. ]*

*Hugo Franciscus Joannes Georgius, natus Herdringæ an. 1692. 27. Julii baptizatur [ Sponsoribus Hugone Francisco Comite de Königsegg Metropolitana rum Coloniensis & Salisburgensis respectivè Decano & Capitulari nunc Episcopo in Leutmaritz. 2. Joanne Wilhelmo L. B. de Reck in Cowrl. Satrapa Mendeni. 3. Joanne Adolpho L. B. Wolff Metternich in Gracht &c. 4. Georgio L. B. de Breidbach in Börresheim cum filia Domicella Maria Anna, & Maria Anna Catharina Bar. de Elmpt in Burgau &c. ] Canonicus Hildesiensis & Monasteriensis.*

*Julia Joanna Maria Dominica Georgia, nata Herdringæ an. 1692. 21. Junii, 1. Julii baptizata [ Testibus 1. Agatha de Niehausen Abbatissa Herisensi. 2. Joanni*

2. Joanna Maria Catharina Bar. de Winckelhausen, Domina in Urdingen, Dahlhausen & Ichterlohe, nunc etiam Abbatissa Herisensi. 3. Georgio de Niehausen, Canonico Paderbornensi. 4. Dominico de Brencken in Wever, Mareschallo Paderbornensi.]

Maria Magdalena Francisca Brigitta, nata Herdringæ an. 1694. 8. Novembris 17. ejusdem baptizata [ Testibus 1. Anna Magdalena Bar. de Reck ex Gracht in Cöchl &c. 2. Anna Magdal. Bar. de Franckenstein in Ockstadt ex Börresheim. 3. Francisco Wilhelmo L. B. de Wend in Holdfeld, Crassenstein &c. Sastrapa in Witlage & Humeburg. ] obiit infans sepulta in Hüsten.

Maria Henrica, nata Herdringæ an. 1696. 22. Junii i. Juli baptizata [ Testibus 1. Maria Ursula de Holdinghausen Abbatissa in Marienrahrt. 2. Henrico Theodoro L. B. de Westphalen, Cathedralium Paderborn. & Mindensis Canonico, nec non Preposito ad S. Joannem. ] Canonissa ad Sanctam Mariam Coloniae in Capitolio.

Lucia Eva Wilhelmina, nata Herdringæ anno 1697. 28. Julii, baptizata 4. Aug. [ Testibus Lucia Bar. de Wolff Metternich, nunc de Asseburg in Hignenburg &c. 2. Eva Theodora Vidua de Eykel in Brockhausen. 3. Wilhelmo L. B. de Metternich nunc Preposito Monasteriensi, Decano Paderborneesi. ] Canonissa ad S. Mariam in Capitolio Coloniae.

Rabanus Casparus, natus Herdringæ an. 1698. 9. Septembris, 14. ejusdem baptizatus [ Sponsoribus 1. Rabano Gaudentio L. B. de Weichs, Venationum in Ducatu VVestphalia Prefecto, in Cörlinghausen. 2. Casprio de Droste Principis Fuldensis Confiliario intimo & Venationum Prefecto in Buchonia. 3. Rabano de Oynhausen, Sylvarum ac Venationum Prefecto &c. ] infans obiit an. 1699. 22. Octobr. sepultus in Bremen.

Fridericus Christianus, natus Herdringæ an. 1700. 2. Septembr. 8. ejusdem baptizatus [ Sponsore Friderico Christiano Episcopo & Principe Monasteriensi. ]

Franciscus Egon, natus Herdringæ an. 1702. 15. Decembris, 26. ejusdem baptizatus [ Sponsoribus 1. Francisco VIWilhelmo L. B. de Ingelheim S. Cesarea Majestatis Confiliario intimo & Preside Camera VVetzlariensis &c. 2. Francisco Ego-ne L. B. de VVend, Domino in Crassenstein, Moller &c. 3. Anna Maria Baron. de Metternich, conducta de Truchses ex VVetzhausen in Gracht &c. ]

5. SIC MEA DOCTRINÆ PRECOR, ET VIRTUTIS AVITÆ  
LAUDE, VELUT GEMINA STET TRABE FULTA DOMUS.]

Domus Furstenbergica, more omnium antiquarum tam illustrium, quam nobilium familiarum, primordia generis sui, armis debet & militiae, progressum vero atque incrementum

N n

doctri-

